Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

de Horra Jo· glosatoris decreti et multorum aliorum
qui prefatam ecclesie consuetudinem viderunt laudarunt
et practicarunt / nec eam reprobauerunt cum tamen multa
alia reprobauerunt que platis ecclesie et eciam prin-
cipibus molesta erant Sexto probatur racione / quia hoc
sacramentum sumitur ad duo primo ad refectionem anime Jo vi Qui
manducat hunc panem viuet ineternum et patet
eciam infra de effectu huius sacramenti Secundo ad significationem
passionis xpi Luce xxii Hoc facite in meam com-
memoracionem / modo in missa sufficienter fiat passio
xpi quando sacerdotes sub vtraque specie communicant ita quod non
est necesse fieri talem significationem per communionem laicorum
qui pocius ad anime refectionem quam huiusmodi
significacionem hoc recipiunt sacramentum

Forma huius sacramenti

quo ad consecra-
cionem panis Hoc est enim corpus meum Enim non
est de substancia forme sed tamen non debet omitti Sed quo
ad consecracionem sanguinis Hic est enim calix san-
guinis mei noui et eterni testamenti misterium
fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in
remissionem peccatorum Et ille due forme non expectant
se mutuo in operando quia quelibet forma per se
propriam habet virtutem et completam significationem
et propriam materiam determinatam vnde et propriam
operacionem per se / fit enim in vltimo instanti prolacionis
verborum panis corrupcio et alia transsubstanciacio vno momento
quia super naturale agens mora temporis non indiget cum
sermo suus sit penetrabilior omni gladio / et tamen
sub vtraque specie est totus xpus Et propterea licet vnum
posset confici sine reliquo / fieri tamen non debet et
grauiter peccaret sic faciens Contra de vsu debent

Ad ille due forme non expectant se mutuo